sui, vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Eucharistiam, vel aliis quibusvis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Ademiis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventione quacunque omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wierzbicka M. Krasinski Palatino Masoviae Cedit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis

1751. 1752

praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premy-
sliensibus Gnosa Christina Trembinska olim Gnosi
Christophori Trembinski cum olim Gnosa Eua de
Srzednia Consorte eius legitima procreata filia,
1451 Gnosi vero Pauli Wierzbicki Consors legitima, cu
eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis persona-
li assistentia et ultroneo ad infrascripta recogno-
scenda consensu sana mente et corpore existens
a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq
suis quibusuis propriis et competentibus recedens,
do praesentiq vero Castrensi Capitaneali Premy-
sliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc ath-
net se cum Successoribus ac Bonis suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subiiciendo palam, libere, publice,
ac per expressum recognouit, Quia ipsa de omni et
integro Iure suo infrascripto, nempe de summa Qua-
tuor Millium Florenorum Polonicalium, sibi Recogno-
scenti per nemoratos Parentes suos in vim dotis
et expeditionis Actis Castrensis Capitanealibus
Graboviecensibus modo simplicis Debiti inscripta
et ad soluendum super Bonis suis generaliter omni-
bus assecurata, necnon de eadem ipsa Inscriptio-
ne Debitorea Castrensi Grabovecensi cum omni
praemissorum Iure, proprietate, competentiaq et prae-
rogatiuas quauis, omnibusque et singulis In-
scriptionis praedictae Debitoreae Conditionibus pun-
ctis clausulis, articulis vadiis poenis, ligamentisq
generaliter quibuscunq, summaeque quoq suprascriptae
Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, utilita-
tibus fructibus prouentibus, reditibus commodis

emolumentis, obvenientibus, attinentiisque et pertinen- in Universum omnibus, nihil ex praemissis Iuris, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscente, suisque Successoribus aut quopiam alio reseruando, seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsammet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime seruiebant, Iam ex nunc et de facto Illustri et Magnifico Albrachto Krasinski Palatino Generali Masouiae, eiusque Posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit, et condescendit, prout cedit, et condescendit praesentibus, omneque et integrum Ius sibi ad praemissa seruiens in personam eiusdem Illustris et Magnifici Palatini Generalis Masouiae Cessionarii sui et illius Posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit, et incorporauit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsum Illustrem et Magnificum Cessionarium suum, eiusque Successores, hoc idem Ius praesens cessum, et summam suprascriptam praesentibus abscessam, tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, summam praetactam tollendi, leuandi, et percipiendi, de leuata et percepta quietandi, pro eademque, si non fuerit persoluta Iure agendi, processus quoslibet Iudiciarios instituendi, et inchoandi, ad debitumque Executionis finem perducendi, ac praemissa omnia tanquam sua propria ad suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos usufructus libere et effectualiter conuertendi. Iuris praefati Originalis ea omnia latius in se

1754

complectentis praesentiq cessi et transfusi vigore.

Ciolek Poniatowski Consorti suae debet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesenti
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Gene-
rosus Ignatius Ciołek Poniatowski, olim Gnosi Ada-
mi Ciołek Poniatowski filius, sanus mente et cor-
pore existens, a Terris, Districtibus, Juribus Juris-
dictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus
745 recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc atq
se cum Successoribus, Bonisq suis generali-
ter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq subiiciendo, palam libere, publice, ac per expres-
sum recognovit. Quia ipse Gnosae Catharinae Szor-
nelowna, Gnosi Procopii Szorney, cum olim Gnosa
Hedvigi Mierzenowska Consorte eius legitima pro-
creatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti le-
gitimae, et ipsius Successoribus summam Duorum
Millium florenorum Polonicalium monetae et numeri in
Regno currentis quemlibet florenum Grossis Triginta
Polonicalibus computando et numerando certi veri iusti
et liquidi Debiti, mutuatique apud ipsum per se Reco-
gnoscentem pecuniae tenetur atq debet. Quam qui-
dem summam suprascriptam Duorum Millium
florenorum Polonicalium idem suprascriptus Re-
cognoscens Gnosus Ignatius Ciołek Poniatowski,
se suosq Successores in et super Bonis suis genera-
liter omnibus, haereditariis et obligatoriis, mobilibus
et immobilibus, Summisque pecuniariis quibusvis,
habitis et habendis suprascriptae Generosae Catharinae